

luti, quae per accurate elaborata, tam publicis, quam priuatis in scholis studiosae iuuentuti praelegit, profundam uiri eruditionem, stupendam lectionem, ingenii acumen, industriam maximam, methodi facilitatem, uerborum perspicuitatem, candorem theologicum, mentisque puritatem, nemo unquam mirabitur satis.

Quemadmodum uero idem omnino de hoc ipso, quod publice tecum iterum communicatur, uniuersae theologiae theticae et polemicae compendio, sentiendum, habendumque, censemus, ita tuo illud permittimus iudicio, nec alio tibi, quam FECHTIANO commendamus nomine. Nobis satis est, hanc sanioris doctrinae summam, hunc sapientiae coelestis thesaurum, ex latebris in lucem protraxisse, unde animi, suam, aliorumque salutem procurandi cupidissimi, positae ueritatis diuinae fundamentis, aduersus quoslibet furentes ac uiolentos hostium impetus, armentur.

Beatus